Fodina Mercurii nostri sal petra nostrum non vulgi.
Ponticitas vitriolum nostrum non vulgi Acuatio.
Armoniacum nostrum non vulgi.
Mercury
ponticitas
Fodina



Mercurii Germen. Aquæ
vivæ, volatilis, partes,
novem. Fixæ pars una
Mercurii, Homogenitas
Aqua viva Acuata.

Mercurius noſter
Aqua viva pontica.

Duæ, ad plus Tres partes, Mercurii noſtri, Liquant
unam partem ☽æ vel ☉is vulgi ſubtilitati, et Corpus
unum. fiunt, ſpongioſum, inſeparabile, Quod
vocatur ☽ noſtra. vel ☉ noſter, non vulgi

☽. per Mercurium Aquilarum Quinque

☉. per Mercurium Aquilarum ſeptem.

Calcinatio
Sophica
Solis.

☉. noſter. de Calcinatione, noſtra, irrigatum novi Mercurii, partibus duabus in pondere, ☉is vulgi fit corpus unum nigerrimum non Spongioſum.

☉ de nigredine Colore Mutatô viridascens
Germen, ſuum pandit in vegetationem.

☉ noſter mutatô Colore viridi, Tranſit in ſulphur Album, Quod eſt Corpus Animatum Animâ in Corruptibili.

☉. Hic noſter albus, ſine Manuum impoſi
tione ulla, nec vaſis, Apertione iterum
Liqueſcit, Calore Continuatô, cum variis vaporibus
ad caudæ pavonis ſimilitudinem, Tunc ☉.
noſter. Albus, volatiliſatur per Liquidum.



Continuato Calore ☉ noſter volatilis, jam factus per Liquidum deſiccatur et fit Corpus Lucens, Quasi Aurora conſurgens, Hæc eſt volatiliſatio per ſiccum.

Hac Aurora paulatim Evaneſcente, confugit ☉ noſter in Granula pulchrima, et Rubicun, diſſima, Quæ ſunt ſulphur noſtrum Rubeum a ſophis, Tam deſideratum, Qod tamen non eſt finis Laborum.

Sulphur hoc rubeum, imbibitur novi Mercurii Quinario, ſui corporis pondere, paulatim et paulatim, per ſeptem diverſas Imbibitiones, et continuatô Calore Rotatâ rotâ Naturæ, menſe unô, Tranſeunt putrefactio et jam dicta Regimina.

Medecina tertii ordinis

Finito Menſe, ſurgit Rex omnipotens, ſeu Lapis noſter, perfecta Medecina, tertii ordinis, potens in ſui projectione, omnia Mettalla transmutare.

Deo. ſit Aeterna Laus et Gratiarum actio inceſſabilis Amen.